Pro Budissensibus

X

Ludouicus dei gra Vngarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc rex, marchio
Morauie, dux Slesie et Lucenburgensis, ac marchio Lusatie etc. Vniuersis et
singulis ad quos litere nostre peruenerint, ubilibet per regnu nostru Bohemie
constitutis Salutem regiamque fauorem. Cum illustrissimus princeps Wladislaus
felicis memorie Vngarie et Bohemie etc rex, dilectissimus parens noster, diuinu
cupiens ampliare cultu, sanus corpore et aio, deliberato maturoque consilio suorumque
assensu, et precipue Camicensiu, accedente, ad laude dei, cenobium quoddam,
sub honore et titulo diue Anne in supradicta ciuitate nra Camicensi erexerit
de nouo et fundauerit, aream et fundu pro ecclesia et cimiterio ambituque
alijs quoque domibus necessarijs ac horto, fratribus minoribus regularis obseruatie,
pro salute sua et suoru, ad uacandum deo, inhabitare concesserit, ac in
perpetuu donauerit, multisque priuilegijs ex mera dotauerit clemetia, sicut
in patentibus ipsius genitoris nostri, semper memorandi, claret literis.
Nos igitur gloriosi parentis nostri, deuotionis attendentes feruorem, ad
imitandum ipsius uestigia incitati, fundationem huiusmodi et donationem
iuxta oem latitudinis et ~~latitudinis~~ longitudinis dimensione, intra utrumque
muru coprehensam, ubi et spatium itineris siue transitum, qui e ciuitate
ad monasteriu ducit, que soluta domo per procuratores redemerunt,
iuxta literarum concordie tenorem, comprehensum esse uolumus, illis noie
nostro et regia auctoritate, absque omni fraude et dolo, et alio quouis
colore quesito, possidenda et inhabitanda assignamus, absque cuiusuis
impedimeto et contradictione, omniaque priuilegia et singula monasterio
uel fratribus concessa approbantes, ratificamus, ~~approbamus~~, confirmamusque,
donamus, ac per presentes de nouo concedimus, adijcientes ex singulari
gra, ut non solum in spatio illo, quod est intra utrumque muru,
antiquum scilicet et nouum, ad cuius erectione ut intelleximus, operam suam
collocarunt ciuxius, edificare et erigere oportuna ipsis edifitia poterunt,
uerum etia iuxta et ad muru si edifitiu exegerit, Imo etiam supra
muru utrumque, edifitiorum tecta poterut extendere ac dilatare, libere et
absque oi impedimeto et contradictione, quorumcunque cuiuscunque gradus aut
conditionis fuerint, aut pretextu cuiusque consuetudinis, statuti, plebisciti,